

diffulset aliquot horas conferre, Extremam Unctionem nobil Matronæ, illum obtulit. Hinc tanto dolore obrutus fuit, ut totam noctem tradiderit cum Sacerdotibus suis prope corpus illud, orans, gemens, & seipsum infirmulans, eo quod in causa fuerat negligentia, quod nulli illi non convalesceret, vel saltem iudicium fecisset gratiarum Sacramento illi inherendum. Denique adeoravit, & flevit, ut per merita sua a Deo obtineret, ut illa revivisceret. Ubi vero illi administravit Sacramentum, communicavit illi duos præcipuos effectus: quia cum vita recepit valetudinem, quæ diu gavisus est, & ejus peccata, ut pium est credere, eidem remissa fuerunt. Exemplum hoc Sancti Viri ab alio Sancto relatum omnes docere debet, quanti faciendum sit Unctionis Extremæ Sacramento. *Idem.*

Sacramentum Extremæ Unctionis omnia habet signa, quæ Protestantibus in Sacramento desiderant; i. Præceptum Divinum. 2. Signum visibile. 3. Gratia promissionem. Ideo celeberrimi ex Scripatoribus Confessionis Genevensis, fatentur hoc Apostolorum tempore Sacramento fuisse, cum habebant gratiam curatum, quia considerent hanc non esse solam hujus Sacramenti gratiam, solatium afferre ægro in suis doloribus, verum etiam illi obtinere peccatorum remissionem. Quod ostendit illos, vel abrenuntiare unice regulari fidei, Scripturæ Sanctæ; vel si illam retinet, facile posse hac in re cum Romana doctrina consentire, quæ innititur antiquitati, & non intermisit sexdecim sæculorum consuetudini. *Auctor recentis.*

Episcopales Angli nonnulli servarunt, quod nostræ aequivaleat Extremæ Unctioni. Ejus administrandi forma prolixè explicata reperitur in libro precum publicarum suarum, qui inscribitur *Infirmorum visitatio*. Quamvis ab illis unctio nulla peragatur, faciunt tamen plures preces super infirmum, tum ad corpus, tum ad animæ salutem obtinendam. Hæc liturgia habet, si æger sentiat conscientiam suam peccatis gravem, ipsam confiteri debere privatim Sacerdoti, qui post auditam illius confessionem, absolvet eum dicens " Dominus noster J. C. qui dedit Ecclesiæ potestatem absolventi a peccatis eos, quos vere poenitent, & qui credunt in ipsum, absolvet te ab omnibus peccatis tuis per infirmitatem ejus misericordiam. Ego vero secundum Ecclesiæ auctoritatem, quam ab illo accepi absolvo te ab omnibus peccatis tuis in Nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti. " Hæc propria sunt verba hujus absolutionis. *Auctor recentis.*

Nequaquam satis esse credendum est curare, ut Extremæ Unctionis Sacramento a Christianis accipiatur, ubi extremo laboraverit morbo; oportet præterea, ubi perfecta gaudet corporis valetudine illos erudire quanti illud semper faciendum sit. Hæc estimatio est omnino necessaria, ut ex hoc Sacramento fructus illi percipiantur, quos producere debet. Ut quorum intuitum perhorrescimus tunc etiam, cum infirmos indagemus; Repugnamus, ubi ingredientem conspiciamus Sacerdotem cum oleo Sancto, simulque cum illo mortem introentem non extremam flagitat unctioem, ejusque familia ferus, quam fieri possit, pro illo postulat. Fallax miseria ergo mortale corpus præponderat animæ utilitati secundum illud Salvatoris verbum. *Inimici hominis demerent ejus. (Matth. 10.)* Necesse est igitur, ut Minister Domini operam navet ad absum hunc adeo perniciosum evellendum, & ad explicandum hujus Sacramenti effectus prolixè oppositè conceptui plurimum. Et profectò corpori, & animæ, cum pro tempore præterito, tum pro præsentibus saluberrimum est: pro præterito quidem, quandoquidem procurat remissionem peccatorum, quæ minime cognita fuerant, & delet poenæ reliquias debite peccatis, quorum remissionem jam eramus affectu: pro præsentibus vero adiecit vires novas, & recentia subsidia contra demonis tentationes: saluberrimum quoque est corpori procurans sanitatem infirmo, cum eidem profutura sit: vel saltem leniens dolores morbi, & vires ministrans ad illos majori cum patientia sustinendos; scripserunt enim: *Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus. Pater Sæpenti in Præcepto*

Operæ præteritam esse docere populum, quomodo infirmus debeat sese ad hoc Sacramento disponere tantæ utilitatis per omnium peccatorum suorum poenitentiam: extrema enim unctio Sacramento eorum est, qui vivunt vita gratiæ, & tamquam ceterorum sigillum. Est Christianiæ vite corona, complementum victoriarum nostrarum de inimicis; manus extrema, qua perficitur character veri Christiani, ad hoc ut fiat perfecte similis J. C. divino prototipo suo, & egredientem de hoc mundo, nihil prohibeat, quin statim ingrediantur in Cælum. Sed quomodo nam his frui poterit fructibus qui semianimis hoc Sacramento recipere? Illud admirabile hos effectus gignere non potest, nisi & ipsi pro virili parte conulerimus: & si, ubi illud nobis collatum fuerit, nulla nobis superferuerit ratio, vel sensus,

nonne maximam fructuum illius partem amittimus? *Idem.*
Ad recipiendum majorem cum utilitate Sacramento Unctionis extreme, & effectus admirabiles, quos parit, primum quidem optandum est recipere pacem, quam Sacerdos imperit, deofculari Crucem, quam præsentat, eamque ex toto corde complecti, ut nosmet socios adiciamus passionibus J. C. Mox audiendum est, quid petat pro nobis in orationibus; quæ hoc præcedunt Sacramento, ut sciamus Deum nobis largiri æternam felicitatem, prosperitatem divinam, gaudium sine fine, ubi caritatem, & damones arceri a domo nostra, ad eam Angelos pacis accedere, & nunquam ibi dominari discordiam. Ideo ex corde comitari debemus orationes illius omnes has gratias allecutori. Cum illo tibi in adjutorium ascendi sunt omnes Angeli, & Sancti ad procul arcendas omnes tenebrosas Inferni potestates per virtutem, quam Deus tradidit impositioni manuum Ministris sui. Hinc elendus est actus Contritionis peccatorum omnium, quæ possent adhuc in te supersedere, cogitorum, vel incogitorum, & nisi hoc recipis Sacramento post Viaticum, dolori criminum tuorum adde confessionem Sacramentalem, ut afferas omnem, quæ fieri potest, dispositionem ad veniam obtinendam. Denique sequi opus est spiritus actionem Sacerdotis tibi ministrantis Sacramento, & in singularibus unctioe ad intentionem tuam orationi, quam pro te fundit, dicens *Amen*; petens veniam peccatorum, quæ per singulos sensus patrali, prout oleum Sacrum administratur. *Meditatio P. Novæ.*
Æger intrinsecus comitatus Preces Sacerdotis, attollere debet sensus suos in Cælum dicens: Oro te Domine per lacrimas, quas ex oculis tuis effudit, ut delect es, quæ patri peccata per inordinatum visum; ut peracto vite meæ curriculo frui possim pulcritudine divini vultus tui; Oro etiam per Cælestem aurium tuarum puritatem, ut abluas mearum impuritatem, ut in hora mortis meæ non reformidans sunectam Oris tui sententiam cum gaudio occurram ad thronum tuum coronam recepturus, & audieturus ea lætissima verba: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis a mundi principio præparatum. Oro te Domine per potentem virtutem Sacrorum verborum, quæ prodierunt ex ore tuo, ut mihi condones oris mei interperantiam, & lingue meæ incontinentiam, ut ex hoc exilio egressus ingrediar cum gaudio in Templum gloriæ tuæ, ut ibi in æternum concinam laudes tuas &c. *Idem.**

Cum æger Unctionis extreme Sacramento receperit, serio prospicere debet, ut temporalibus domus suæ negotiis prospiciat, ad prohibendas post deceum suum lites, dissidia, & inimicitias, quæ sæpe numero obortiri solent inter consanguineos, & heredes; mox adhuc vivens procurabit, ut omnes sint restitutiones, & damnorum aliorum reparationes, quas se debere sentiat; debet etiam condonare omnes iniurias, & ex corde omnes offensas remittere, si quæ illud hucus superant a proximo suo. Domesticis, subsidisque suis commendabit etiam atque etiam pacem, concordiam, timorem Dei, misericordiam in pauperes &c. Et omnino semet subiciet Sanctæ Dei Providentiæ seu pro vita, seu pro morte. Elicit identem actus fidei, spei, caritatis, adionis gratiarum, & conformitatis velantati Dei. Oculos sepius conspiciet in Crucifixum, vel piam aliquam imaginem, ad præperet se aqua lustrabit, devotè osculabitur Sacrorum Reliquias, si quas habuerit; præterit Confessorii sui, aliorumque piorum virorum visitationes ceteris quibuscumque inutilibus, atque superfluis, ut parum illud temporis, quod illi reliquum est, in utiliores usus impendat. Jubebit sibi verba fieri de salutari aliquo argumento, & libenter audiet legentem historiam Passionis Domini, & Sacram Scripturam. Commendabit etiam se precibus, & Sacrificiis Ecclesiasticorum, ac Religiosorum; mitere elemosynas nosocomiis, ac verecundis pauperibus, quibus ostiatiam panem emendicare non licet, prout tulerit rei familiaris status. Sæpe etiam emittet professionem fidei Catholice, Apostolice, & Romanæ, contestando se vivere, & mori velle, ut verum deceat Christi asseclam, & hunc morbum, adeoque mortem ipsam subire velle propter amorem Dei; velle in æternum illi benedicere, æternamque laudare; neque assentiri unquam alicui tentationi inimici, sæpe inlauros promissiones a te in Baptifmate factas. *Auctor recentis.*

Æger conatus suos exercere debet, ut attollat in Deum animam suam corde potius quam ore dicens illi: Domine nihil attuli in hunc Mundum, & nihil illic auferam. Nadus ingressus sum, & nudus egrediar. Transibo tamquam umbra, quæ evanescit, tamquam gutta pluvie, quæ arefcit; præsens enim vita nox est brevissima, quæ hore singulari plene sunt sollicitudinis; qua ubi præterit, quod reliquum est ex Quivæ hominis mortui gloria, nisi cineris pugillus? Quis de illo cogitabit, ubi fuerit in sepulcro? Qui noverunt illum, statim oblivescunt. Justus solus erit in æterna memoria, qua semper adhaerebit Deo, qui non moritur. Beatus ergo, qui non confidit in homine, neque gaudium cordis sui in ulla creata re constituit sub Cælo. Quia omnia caduca sunt, & mortalia. *Meditatio Patris Novæ Tom. 6.*

Dispositio, ne ad hoc Sacramento attendenda.

Sensus interiore, quos æger fovete de bet.

Quid agnoscant, sciendum post accipiendum Unctionis Sacramento.

Sensus fovendi post receptum extreme Unctionis Sacramento.

DE CULTU SANCTORUM

Tam Generaliter, quam Peculiariter.

MONITUM.

Utrum ex præcipuis argumentis, quæ assam præbuerunt hereticis novissimorum temporum secessionem faciendi ab Ecclesia Romana, fuit Cultus, & invocatio Sanctorum. Quocumque nodum Theologi, ac Doctores doctissimi æque ac zelo succensi præbere hinc argumento fuerint adni, noniam valuerint eorum pertinciam frangere, & errorem auferre, qui idololatriæ scelus arbitrantur, eos colere, quos Deus ipse colit voluit, & censoria nota pestringere Cultum, qui tot exemplis ex Scriptura depronptis probatur erga Sanctos legis antiquæ Patriarchas, & quem omnium secularum præaxis constanti Traditione ab Apostolis certe profecta confirmatur.

Non immeritum hoc in loco reserentes subsessigia, sopsismata, prævam explicationem præcepti, quod instituit Deus in lege veteri Deum unum adorandi; neque tandem abusum termini, Adorationis, qui & Deo, & hominibus communis est, & quo Scriptura, & Sancti Patres isti sint in hoc argumento. Satis respondimus omnibus hisce objectionibus in tractatu dogmatico, quem præposuimus Tomo primo Panegyricorum de Sanctis, ubi in compendium redactum inveniri potest quidquid hac in re apud Contrroversiarum Auctores, & saniores Theologos legitur. Itaque nostrum secturi Consilium loquendi solum de Sanctis Cæremoniis, & Ecclesiæ consuetudinibus, cum Cultus, & Invocatio Sanctorum sit vulgatissima æque ac probatissima, quam Iconoclasse tanto favore abolere conati sunt, & quam Protestantes ad hanc quoque diem tanta cum pertinacia mordicus impugnant, in suscepta provincia manebimus. Addeamus solum eis, quæ alibi diximus, testimonium Sanctorum Patrum, qui hanc præxim confirmant, & ostendunt quanta cum injustitia auferre velint heretici Ecclesiæ hos patronos, protectores, & hominum apud Deum mediatores.

Tractatu huic compendioso de Cultu Sanctorum Generali, adjuvamus cultum proprium, & particularem, quem Ecclesiæ præstat Virgini Deipara, illum etiam, quem Angelis adhibet, nec non alium, quæ Cycus adoratior vocatur: de quibus argumentis singularem loco suo fidus egimus in Bibliotheca Predicatorum. Huc vero afferemus animadversiones conformes Cæremoniis, ritibus, ac præxis Ecclesiæ.

DE CULTU SANCTORUM

Tam Generaliter, quam Peculiariter.

Ecclesiæ Sanctos veneratur Cultu, qui deest statum eorum, quatenus Dei amicos, & filios, qui jam adeptum possessorum Regni illius, victores Mundi, & triumpfantes, beatus immortalitatis possessores. Deinde invocant illos, eisque dirigit preces suas tantum Mediatoribus, quibus utitur, ut sibi faventem aditu pateat ad Jesum Christum, & per Jesum Christum ad Deum. In duobus hinc Officiis postus est Cultus, quem illis præstat Ecclesiæ, & qui respondet duabus illis rebus, quas in Sanctis considerare debemus propter illos, & propter nos. Prima quidem est eorum gloria, & inexplicabilis beatitudo, in cujus partem accedere testamur per honorem, quem illis præstare conamur; altera vero est læticia, quam ipsi vicissim percipiunt ex ea beatitudine, ad quam anhelamus. Ita ut Justitia, & gratitudo nostra, & nostrum ipsorum utilitas nos hodierna die compellat ad propugandum Cultum, qui Sanctis est debitus. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Re adhuc integra dico Sanctos, & Beatos Dei amicos dignos esse qui in honore habeantur ab omnibus Fidelibus super terram. Quare? Rationes desumuntur ex eorum meritis, & factis, propter quæ in vita sua claruerunt; & gloria, ad quam sublatis fuerunt post mortem; ab eo loco, quem tenent apud Deum, & denique a Dei ipsius consilio, qui virtutem eorum coronaturus non minus cupit illos in terra honorari, quam honorantur in Cælo: *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Sancti in honore haberi merentur, & nihil æquius est, quam illis honorem præstari, qui virtutis merces est. Itecirco honor fecerunt ideam, quam ipsi etiam nobis adstruunt Ethnicis, non aliud est, quam cognitio perspicua, & distincta meriti superioris personæ alicujus, quam illi ostendere adduntur exteriori aliquo testimonio; cuiusmodi sunt laudes, obsequia, & reverentia, quam consuetudo in legem traduxit. Si autem cum Sancti vivebant in terra; merebantur, ut ratio virtutis sui haberetur, & illi cohereretur; cur reuendus illis in presentiarum est honor, cum in Cælo sunt, & cum non sunt amplius obnoxii vicissitudinibus æque admirabilibus, atque fœnetis, quas inconstatia, & humana fragilitas nimis frequenter nobis ostendit in iis, qui de virtutis vertice lapsi sunt in gravissima scelera, & in vitiorum abyssum proruerunt? Cum Beati in Cælo inconcussè permanent in bono; & præterea gloria, & incomparabili præstantur felicitate, quæ merces est virtutis eorum? *Idem.*

Tantum abest, ut Sanctis, qui in Domino dormierunt, honore acerbibus, atque invocandis, & sacris eorum reliquiis, officibus, venerandis, Dei gloria minuatur: ut quis ad maxime arguat, quod magis hominum spem excitat confirmat, & ad sanctorum imitationem cohortatur, quod confirmat, & ad sanctorum Patrum auctoritate comprobatur. Quæ autem fit ad referendos eos instructior Patrochus, qui huic veritati adstantiam, Sanctos Hieronymum contra Vigilantium, & Damasenum potissimum legat, ad quorum rationem quod apud est, accedit consuetudo ab Apostolis accepta, & in Ecclesiæ Dei perpetuo renera, & conservata: Cujus rei quis firmius, aut clarior requirit argumentum dicendum Bibl. Conc. Theol. de Myst. Tom. V.

vina Scripturæ testimonio, quæ Sanctorum laudes celebrat admirabiliter? Extant enim quorundam Sanctorum divina præconia: quorum laudes cum sacris litteris celebrantur; quid est quod illis singularem honorem non habeat homines? Et si ob eam causam magis etiam colendi, & invocandi sunt, quod pro salute hominum preces assidue faciunt, multaque eorum merito, & gratia in nos Deus conferat beneficia. Si enim gaudium est in Cælo super unum peccatorem poenitentiam agente: nonne etiam cælestes vives poenitentes adjuvabit? nonne rogati peccatorum veniam & impetrabunt, & conciliabunt nobis Dei gratiam? *Ex Catechismo Tridentini Concilii.*

Quod si dicatur, ut a nonnullis dicitur, supervacaneum esse Sanctorum Patrocinium, quod Deus sine interprete precibus nostris occurrat: has impiorum voces illa S. Augustini verba facile convincunt: multa Deum non concedere nisi mediatoris, & deprecatoris opera, & officium accesserit. Quod illustribus Abimelec & Job amicum confirmatur exemplis; quorum peccata nonnulli Ahrabam, & Job precibus condonavit. Si vero etiam afferatur, fieri inopis, & imbecillitate fidei, ut Sanctos internumitis, & patronos adhibeamus: quid ad illud respondebunt Centurionis exemplum, qui vel in singulari illo fidei præconio, quod Dominus Deus impertivit, senioris tamen Julæorum ad Salvatore mifit, ut laboranti puero salutem impetraret? Quare si fatendum est, unum nobis Mediatorem propofitum Christum Dominum, qui scilicet unus non pro proprio Sanguinem Patri Cælesti reconciliavit, & qui æterna Redemptione inventa semel in Sancta ingressus pro nobis interpellare non cessat: ex eo tamen nullo modo sequi potest, quo minus ad Sanctorum gratiam confugere liceat. Nam si propterea subsidis Sanctorum uti non liceat, quod unum patronum habemus Jesum Christum; nunquam id commifisset, ut se Deo tanto studio fratrum viventium precibus adjuvari vellet; neque enim minus vivorum preces, quam eorum, qui in Cælis sunt, Sanctorum deprecationi, Christi Mediatoris gloriam, & dignitatem imminuerent. *Ex eodem Catechismo.*

Certum est Sanctos omnes colendos esse propter Sanctum Sanctorum, in quo omnis eorum præstantia, & virtus continetur; & sicuti eorum Sanctitas non est nisi emanatio, & communicatio Sanctitatis illius, Amor hujus erga illos non erat nisi pars amoris illius, quo erga seipsum flagrat. Sed sicuti omnes corporis partes, quæ univèrse cum capite conjunctæ sunt aut per se, aut per alias, & omnes propius, vel procul influus ejus recipiunt; alia huic immediate coherent, & sine aliena ope per se hæsiunt ex fonte vite; ita quævis sancti omnes sint Jesu Christi membra, & ex eo omnes spiritum, vitamque percipiunt, sunt tamen, qui hæc præstant prerogativa, ut illi arctius, atque magis intime præ ceteris hæreat Divino huic Salvatori, quem Angeli, homineque gloriantur habere pro capite, ideoque habent etiam plus potestatis. *Ex vita Cardinalis de Berulle.*

Sed cui fidem non faciant, & honoris, qui sanctis debetur, & patrocinii, quod nostri suscipiunt, mirabiles effectus res ad eorum sepulcra, & oculis, & manibus, membrisque omnibus captis, in pristinum statum restitutis, mortuisque vitam revocatis, ex corporibus hominum ejcctis demoniis? quos non audivisse, ut multo, ut legisse, ut plurimi gravissimè Sanctorum miracula sunt rationes validæ quæ nos ad illos colendos impellunt. *Viri*

Auxilium Sanctorum non est inutile apud Deum, ut aliquid præstat.

Sancti honorandi sunt propter Sanctorum.

Sanctorum miracula sunt rationes validæ quæ nos ad illos colendos impellunt.

Ejusdem argumenti.

Viri, sed vidisse testes locupletissimi S. Ambrosius, & Augustinus literis prodiderunt. Quid multa? Si vestes, sudaria, si umbra Sanctorum, priusquam e vita migrarent depulit morbos, viresque restituit: quis tandem negare audeat, Deum per sacros cineres, ossa, ceteraque Sanctorum reliquias eadem mirabiliter efficere. Declaravit id Cadaver illud, quod forte illatum in sepulchro Elisei, eius tacto Corpore subito revixit. Ex Catechismo Synodi Tridentinae.

Quamvis Ecclesia Fidelibus omnibus modum proponat colendi Sanctos omnes, eisdemque invocandi, non ideotamen damnat pietatem eorum, qui peculiarem habent erga Sanctum aliquem devotionem, quem sibi delegerunt interfectionem apud Deum: & cultus ejusmodi exerceri solet in pluribus Monasteriis, atque apud viros pios, qui singulorum mensium Kalendis sibi delignant unum ex his Sanctis quorum festivitatem celebrat Ecclesia tanquam prototypum vite suae, ad quem omnes dirigunt preces suas: sed omnes fideles summa reverentia, & particulari honore Sanctum illum prosequi debent, ex cuius nomine vocati fuerunt in Sacramento Baptismi: illud enim ideo nobis impositum fuit, ut esset nosse interfectionem apud Deum, & ut precibus, & exemplo Virtutum suarum fatis digne obire possemus officia christiana vite secundum professionem, quam facimus in hoc Sacramento. Hinc honorandus, & amandus nobis est Sanctus, cuius nomen gerimus, eique quotidie nosmet commendare debemus, ejusque virtutes imitari ad auxilia, quae nobis necesse sunt impetranda. Item.

Non licet solum, sed quam maxime profecti Sanctos invocare, ut pro nobis apud Deum precum suarum praesentem auxilium. Profectio pro nobis est illis exequari Deo, opem ab illis expectare: cum enim Deo invocatur, respicitur tanquam bonitas, & infinita potentia, quae nobis tribuere potest, quod poscimus: dicimus illi: miserere nostri, Domine; contende nobis gratiam, amorem tuum &c. Cum autem Sanctos invocamus, non dicimus illis, ut nobis largiantur, sed ut a Deo petant pro nobis, dicimusque, orate pro nobis, intercedite pro nobis. Ita necesse illis equamur Jesu Christo, cum illos oramus, sicuti non equamur illi vite hujus Sanctos quos etiam precamur. Sed hoc discernimus intercedere, quod orare Jesum Christum, illud ipsum oramus, quia Deus est; oramus per propria merita sua, tanquam Salvatore nostrum: eique dicimus: miserere nostri, dona nobis. Cum Sanctis autem non ita loquimur, quia non habent, & nihil possunt, nisi per merita Jesu Christi, qui est mediator nostrae redemptionis, & propitiationis, cum nos reconcedit Patri suo, nobisque gratias pro meritis fuerit sanguine suo. Sancti sunt dumtaxat mediatores intercessio-

nis, ut aliquid a Deo pro nobis deprecantur per merita Jesu Christi. Ita Sanctorum invocatio non prohibet, nos ire ad Jesum Christum: nam cum Principem virum rogamus, ut nos ad Regem introducat: Oratio nostra non verat, quominus per mediatoris hujus interfectionem nostram aliquam petamus; & Rex non ideo punit sibi injuriam inferri; sed contra. Verum est nosmet solos per nos Jesu Christo prefentari posse: sed cum Sancti sint pro nobis acceptores Deo, sperare possumus nos facilius gratiam consecuturos, si illi nobis adiutores accellerint. *Auctor recent.*

Profectantes considerent nolant, Sanctos, Angelosque nequam a nobis haberi tantum Deos, sed tanquam Ministras Dei; ab illo omnem potestatem, virtutemque recipientes. Non pudent illos Sanctorum pluralitatem in Ecclesia Romana comparare cum pluralitate Deorum Paganorum, quasi essent similes, & ipsi Catholici sibi representarent Sanctos tanquam totidem Deos, ad nomina pendentes, quorum singuli suos haberent affectus, studia, cupiditates, ingenia, propria negotia, quales sibiangebant Ethnici Idolorum, & Junonem, Venetrem, & Minervam. Haec injustissima est insania similes appingere ideam perhorrescentibus illis. Si videremus Sanctos in medio nostri conversari, deprecemur illis peculiarem reverentiam? Et ambigere possumus, cum pervenerint ad perfectionem, in gloriam, illos dignos non esse majori honore, quam si adhuc essent in terris, in statu inhumilitatis, & imperfectionis? *Papin. Ex Praefatione Missae Catholicae.*

Cogitare nequeo subsilium eorum, qui veri sunt amici Dei; nobis ope indignitatis desesse posse; neque mihi persuadere patrocinium eorum, ac preces ad horum cessare, qua validius agere possunt, & efficientius operari. Deo quidem conjuncti sunt, non ideo tamen ab hominibus separati; Et Deas, qui populo universo pepercit Moyses, & Moyses ad huc magis deprecant, & humanis adhaec infirmitatibus obnoxio; mea quidem sententia plura largiturus est Sancto, qui illum precibus fragitabit pro nobis, cum jam statum longe perfectionem affecturus fuerit; & infinito Sanctorum numero coram illo viventium, personae illius adstantium, & cumque facie ad faciem intuitum. Profectio si nullum institutum fuisset commercium Caelum inter, ac terram; nulla inter utramque Ecclesiam consensio, quid valerent Sanctorum Patrum adhortationes, quibus excitamur ad amicitiam cum Sanctis inuandam, ad precibus confirmandam illam, quae jam instituta est, ad ingrediendum in antecellum, & spiritu in Caelum Jerusalem; ad locum nobis praeripiendum in divina illa Republica, ad curas, & privilegia post obitum nostrum anhelamus? *Auctor recent.*

Quoniam si Ecclesia Spiritus in cultu quem adhibet Deo.

Sancti la vocati gra- fectio nobis, pen fatuus.

DE SINGULARI CULTU QUEM DEIPARÆ PRÆSTAT ECCLESIA. MONITUM.

Ecclesia Catholica satis non est honorate, & invocare Sanctos generatim, & singulatim; verum officium suum esse putat, ac merito vertit, Deiparam Cultu speciali venerari, quem vocat Hyperduliam, & qui medium tenet locum inter illum, qui voce adhibetur Deo, & illum, qui prosequitur Sanctos alios cuiuscumque sint ordinis, & meriti coram Deo. Hinc post ea, quae Deo uni, & aeternoque Verbo debentur obsequia; magnificentissima elogio, quae fieri possunt in Sanctae Virginis honorem, & cultus omnis, qui eidem praestari valeat, probatur, & adhibetur in Ecclesia, immo etiam consuetur infra meritum dignissime hujus Genitricis Dei.

Satis cognita sunt restrictiones, censurae, modificationes, quas plurimi aequè nimis Ecclesiae, ac Gloriosae Virginis evulgantur hoc in argumento scriptis impiis, pessimeque exempli sub specie cultum hunc moderandi, alii quidem redarguentes titulos Mediatricis, Advocatae peccatorum, aliisque id genus, quos superstitionis nomine fugillant, & contumeliosos Salvatori dixerunt; qui attendent, quo in sensu usurparentur ab Ecclesia, quae unquam sententiae Patrum Sanctorum, ac Traditionum secularium omnium, nullam censuram habendam sibi rationem harum modificationum, quae ab indignissimis censoribus afferuntur.

Monitum aequissimum quod hac in re praestari valeat fidelibus, respicit terminum Adorationis, quo Sancti Patres nonnulli, & Sanctae Virginis pii Cultores isti sunt, & quem semper intellexerunt in sensu Scripturae, & qui exprimit solum reverentiam, honoremque externum, qui adhibetur his, quorum praecara sunt merita, & qui supra nos sunt. Hoc tamen nomen, & hoc loquendi ratione non ultimo amplius, ad asserendum omnem scandali praetextum his censoribus importunis, periturum Christianis, & nimis Catholicis.

Quod pertinet ad Ecclesiae sententiam de peculiari hoc Cultu, asserere licet, nullam unquam proximam antiquiorem fuisse illi, praesertim vero, ex quo Maria declarata fuit Dei Mater in Synodo Ephesine, quod tunc etiam declarat per omnes festivitates, quae celebrantur in honorem Mysteriorum omnium, quae ad ipsam referuntur, per Officium quod in singulas hebdomadas fluita die recitatur, & per intercessionem ejus, quam vulgo cum illa Salvatoris conjungit in singulas partes Officii, quod recitatur quotidie ab omnibus Confratratibus, omnibusque Religiosis Ordinibus Nominis ejus devotis: ita ut contra hyperbolum dicere possimus hanc esse devotionem Ecclesiae generatim, &que ad fideliem omnium singulatim. Non loquimur hoc in loco de Magnalibus, praerogativis, excellentiis, & privilegiis, quibus immititur cultus hic, & honor adeo singularis; namque satis fuisse in Bibliotheca nostra actum est in tertio Tomo Mysteriorum, praesertim vero sub titulo Devotionis Deiparae.

Ecclesia non vetat colere Sanctum pro alio.

Peritile est Sanctos invocare; id autem quomodo praecitum.



DE SINGULARI CULTU BEATISSIMAE VIRGINIS.

Leximus jam, Sanctam Virginem, cum Sanctis omnibus praecellat, meriti Cultum superiorem illi, qui Sanctis omnibus adhibetur, & qui Hyperdulia vocatur, quod nomen significat honorem superiorem illi, quem Dei famulus praestamus; ita ut Adoratio Hyperdulia, quae uni illi reddenda est, sit profusa reverentia excellentia, quae illi propria est; sit veneratio omnium qualitatum, quae illi conveniunt propter divinam Maternitatem suam; humillimum reverentiam supereminetis Sanctitatis suae, affinitatis cum Deo, incomprehensibilis dignitatis, quam possidet quatenus Mater ejus, elevationis super omnes Angelos, imperique sui super omnia creatura. Ecce quid sit adoratio Hyperdulia, quam Catholica Ecclesia praestat Virginis Sanctae; quam ut iterum paucis explicem verbis, profunda est veneratio magnum Sanctae Virginis pro omnibus Sanctis. *Ex libro cui titulus: Vera devotio erga Deiparam; Auctore Patre Ruppo Recobello.*

Hoc unum a te peto, ut probe consideres quid sit cultus Hyperduliae Deiparae debitus, magna utaris assiduitate in eadem colenda. Peto ut hac barbaris utaris; primum quatenus formaliter per actum explicitum hujus adorationis, deinde vero implicite, si loqui licet; hoc est habitualiter, & virtualiter admittendo venerationem, & Hyperduliae reverentiam cum omnibus officiis, quae praestat illi, & commemorando omnes praxes, quibus illam venerabilis obsequio adeo profundo, ac reverentia, ut dici queat, cultus perpetuus Hyperduliae. Hinc facile est inferre, aequum esse moderari reverentiam tam interiore, quam exteriori, cum qua oranda est Sanctissima Virgo per excellentiam, & dignitatem personae suae. Constat enim, licet expresserit ad unguem reverentiam eandem, cum qua Angeli ipsam alloquantur, hanc procul adhuc abuturam ab ea, qua illam precari, eique officia alloqui debemus perolvere: sed factalem, quidquid per Spiritus tui applicationem fieri poterit. Antequam preces incipias, quae quascumque eidem offerre volueris, puta, Rosarium, Officium illius, aliaque id genus, paulisper te collige; cogita, quid facturus sis ad Dei Matrem confugiens, & intrinsecus dic: quam fatis magna reverentia alloqui potero Sponsam Spiritus sancti; Reginam Caeli, ac terrae, illam, quam colunt Angeli, & quam Deus ipse tanquam Matrem observat; Deum meum, praestat, ut ea qua deo debet attentione, ac reverentia, Matris tuae mea officia. Potes etiam illam ipsam invocare, & humiliter precari, ut tibi oranti ferat opem; quomobrem uti potes brevi illa sed devota oratione, *Dignare me laudare te Virgo Sacrosanta da mihi virtutem contra hostes tuos.* *Ex libro eodem.*

Tuum erit, ubi Mariam orabis, ita tuum oris habitum componere, ut nisi evidens urgeat necessitas, te ab honesta actuum tuorum compositione dispenses. Praestare enim a laudibus abstinerere, eique non offerre preces, quam officiantur, & negligenter nuncupare vota cum voluntariis evagationibus mentis sine ulla specie pietatis. Adoratio Hyperduliae, quamvis non secus ac adorationes cetera consistat in actibus interioribus, tamen effectus habet externos; quomobrem se prosternere ad cultum Sanctissimae Virginis adhibendum, vel ad imagines ejus salutandas, actus sunt exterioris hujus adorationis, qui illi admodum accepti sunt, & coram Deo meritorii, si illos pars interior, & anima concomitetur; & si in his omnibus, quae in illius obsequium praestamus, conamur intrinsecus confociare verum sensum magnum illius, hoc erit elevare omnem praxim, & actum devotionis nostrae Spiritu sanctissimi cultus Hyperduliae, eamque perfectissime honorare. *Ex eodem.*

Ita honorare debemus Virginem Sanctissimam cultu Hyperduliae, eamque his verbis precari. Cum reverentia, & submissione Spiritus mei, quae maxime esse potest, accedo ad Thronum tuum, & prostratus ad pedes Majestatis tuae Virgo Sanctissima, dignissima Dei Parentis, & gloriosa Caeli, terraeque Domina, veneror humillime gratias omnes, praerogativas, & ineffabilia magna, quae in te Deus ipse constituit. Colo te super omnes Angelos & Sanctos, tanquam universis Sanctissimam. Colo te tanquam unicum Sponsam Spiritus sancti, carissimum obiectum deliciarum cordis Jesu Christi, & post hanc, praestantissimum instrumentum gloriae SS. Trinitatis. Colo te tanquam veram Dei Matrem, cui dignatus est ille fese tanquam filium jungere; & potestatem, quam supra haec dignatus tibi super Universa largitur reverere. Fator creaturas omnes debere fese tuae auctoritati subjicere, tibique tua obedientiae testimonio praebere; urque, quantum in me est, tanto satisfactionis officio, sincerere offero tibi corpus, animam, vitam, totumque me ipsum. Te supplex rogo, Virgo Sanctissima, ut digneris uti

absoluto jure, quod habes in me, & in eo, quiddam pertinet ad me, ac de me ad sanctae voluntatis tuae arbitrium disponas, & quoniam ex toto corde tibi gratulor gloriam, & quae Dei Bonitas te coronavit, eamque reverere, hanc mihi largire gratiam, ut omnino me in tuam receptis clientelam, & ne derelinquas miseram creaturam hanc sub tuo patrocinio vivere, & mori cupientem. *Ex eodem.*

Quamvis nollemus Sanctam Virginem participem esse eorum omnium, quae ad nos pertinent; tamen in partem accedere non cessaret. Non enim devotio nostra nos huc Mundum Reginae nos subjicit, sed ipsius propria magnitudo; non perideo sumus illius; quia nosmet illi mancipamus; sed quia Jesus Christus, cujus sumus, nos illi tradidit. Inter Jesum Christum, & Mariam arcta adeo intercedit necessitudo; ut alterutrum esse nequeamus, nisi simul sumus utriusque; sicuti perfecta adest communitas honorum omnium naturae filium inter, & Patrem, non deest altera tara filium, & Matrem honorum adquisitorum; ita ut autem mihi persuadere, non desse aliquid justitiae genus, & aliquam obligationis speciem in Jesu Christo communicandi Sanctae Virgini Magnitudinem, & regnum suum, & dici potest sicuti recipiens a Patre divinum essentiam, & accepti ab illo omnes honores, quibus cumulatus fuit, quatenus Dei Filius, recepit a Matre sua honores omnes, qui eidem dati fuerunt tanquam hominum Redemptori recipientem ab ea Returam, & sanguinem, quorum adminiculo operatus est Redemptionem. Ne mireris ergo quippiam, si postquam ostendimus, & statim subordinationem, quae in duobus his officiis reperitur, credimus hominem posse non solum servare Domino, Dominique, sed non posse bene alteri servire, nisi serviat utrique. *Ex vita Cardinalis de Berulle.*

S. Irenaeus cap. 19. lib. 5. contra haereses ait, sicuti Eva decepta fuit, ut a Deo recederet, ita Maria persumum decepta fuisse, ut Eva, quae tunc erat Virgo, Advocatam haberet Virginem Mariam. S. Ephrem (*Orat. de laudib. Mariae Dei*) Mariam his verbis affatur. Tu es portus meus Virgo purissima, & certissimum refugium meum. Omnibus perperetis, sub tua custodia, & clientela quiesco. Manantibus lacrimis tuam auxilium imploro; te oro, & obsecror in genua provolutus, ne finas, ut me perdat dilectus Filius tuus in die irae suae, quam in caput meum pertraxit tanta peccatorum meorum multitudine. S. Joannes Chryostomus in sermone de Arbore vetita, per antithesim opponit Eva Mariam, & Adae Jesum Christum; & alibi illam salutat, & vocat Templum Dei animarum, Domicilium Caeli, ac terrae, habitaculum illius, qui capi non potest. S. Cyrillus Alexandrinus in Homilia, quae recitata fuit in Ephesino Concilio contra Nestorium, illam pariter salutat, & vocat Ornamentum Mundi, sceptrum Doctrinae, ac Templum devotionis. S. Epiphanius locutionibus utitur energetis ad exprimendam pietatem, & amorem suum erga Sanctam Virginem. Ita S. Gregorius Nyssenus in oratione, quam illi dedicat de Nativitate Salvatoris. S. Joannes Chryostomus in Sermone de Annuntiatione Virginis; S. Bernardus, alique plures Sancti certatim adlaborarunt, quosquam majorem testaretur reverentiam, & amorem erga Sanctam Virginem. *Pater Cotton.*

S. Ambrosius ad Deum in oratione confugiens, ait: Ut efficax sit oratio mea, postulo suffragia B. Virginis, quam omni gratiarum, & beneficiorum genere cumulasti. S. Augustinus in Meditationibus exclamatur: (*Cap. 3.*) Dominus Misericors, ne prebeas te inexorabilem precibus meis propter peccata mea, sed per bonitatem tuam excede preces, ac interpretationes gloriose Virginis Dominae nostrae. Et alia in occasione exclamatur: Sancta Mater Dei, succurre miseris, juva pusillanimes, afflictorum lacrimas absterge, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femine sexu; sentiant omnes tuam javamem quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem. Deinde ait Deum per suam providentiam voluisse, ut Mater sua per omnes transiret conditiones, ut mulieres potissimum ad illam confugerent excitarentur. *Institutio Catholica Patris Cotton.*

Dies Pelti omni tempore instituti, & conservati in Sanctissimae Virginis honorem, hoc ipsum probant, & Patres antiqui testantur. Ex Graecis, S. Athanasius honorat potissimum festum Annuntiationis diem: dicit enim ea die Filium Dei de Caelo in terram descendisse. S. Gregorius Nyssenus, & S. Cyrillus Hierosolymitanus celebrant festum, quem Purificationis dicimus, eamque nominant Occursum Domini nostri, Sanctae Matris Mariae, & S. Simeonis. S. Joannes Chryostomus reliquit nobis Orationem de Archangeli Legatione habitam die Martii 25. Sophronius sacrum Assumptionis diem: Andreas Cretenensis diem obitus, quem cum Graecis omnibus vocat *Sonnum Mariae Dei*. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus festum Praesentationis in Templo. S. Joannes Damascenus festum Nativitatis; quem admodum antea fecerat S. Gregorius Magnus. *Idem.*

J. C. tradidit nos Sanctae Virginis quare semper sumus illius, etiam noli-mus.

Auctoritate SS. Patrum de cultu Mariae.

Quovis tempore S. Virgo honorata, & orata fuit.